

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Excusatio cum uariis

Nemo se auarum intelligit esse, nemo cupidum. Ceci tamen ducem querunt; nos sine duce erramus et dicimus: Non ego ambiciosus sum sed nemo aliter Rome potest uiuere; non ego sumptuosus sum sed urbs ipsa magnas impensas exigit; non est meum uicium quod iracundus sum; adolescencia hoc facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum; intra nos est, in uisceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem uenimus quia nos egrotare nescimus.

Seneca LV. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

et *om.* P V¹ V² L¹ L²; ego] ergo V¹; aliter Rome] rome aliter P V¹ V² L¹ L²; quid] quidem P V¹, qui quidem V² L¹ L²; decipimus?] decipimus. P V¹ V² L¹ L²; extrinsecus] intrinsecus P V¹ V² L¹ L²; uenimus] ueniamus (*cor. sub lin.*) B; LV.] LX. P V¹ V² L¹ L²